

1. Cor. 5. Eos qui foris sunt , Deus iudicabit. Quod si Ecclæsia principibus subsunt , & Christianis hominibus scandalum sunt, profecto tolerandi non sunt.

August. Quæ in genere B. Augustinus laudat Constantini

Eps. 48. magni leges, quibus Paganorum templo clausis

ad Vin- & idola detraxit, itemque Ambroſius aduerſus

cent. Symmachum urbis præfectum, Fortunæ aram à

Ambros. Curia Romana eiecam magnis viribus eloquen-

tiis defendit. Concilium quoque Eliberinum , ut

ad Valen- domini seruorum idola communiant , edicit. At-

timianu. que hoc modo in subditis fidelibus, cum præfer-

August. tim nouis fidelibus, nocent pagani ritus atque

Concil. idololatria per potestatem austri & potest, &

Elib. deber, nisi majora inde incommoda, & tumultus

cap. 4. consequi sapiens administrator iudicavit. Sed il-

lud summopere curandum est, vt pro noxiis ritu-

bus salutares introducantur, & ceremoniis cære-

moniæ oblitterentur. Itaque & aquæ benedictæ

vism, & imaginum , & rofariorū, & granatu-

rum, & cereorū, & palmarum, & cæterorū,

quaæ Ecclesia sancta probat ac frequentat,

neophytis perquam opportunum esse sibi persuadent

sacerdotes , atque ea omnia in concionibus

popularibus multis laudibus profequantur, vt pro

veteri superstitione nouis religiosisque signis im-

butos assuefacent. Ita fieri , vt melioribus ar-

que elegantioribus occupati obsoletam sectæ

fusæ superstitionem de manibus ac de mente de-

ponant.

CAPVT. XII.

De recta dilectione sui.

POst Dei veri cultum traditum, superest, vt proximi dilectio explicetur. Est vero vnicuique proximus diligendus , sicut ipse sibi. Se autem ipsum nemo, vt oportet, diligit; qui animi corporis que salutem atque confitiam abicit. Id ergo magnopere Indi præfertim barbari docendi sunt, vt primum vitam valeritudinemque suam tueantur, neque vel desperatione , vel obstinatione prodigant, quod sape faciunt. Etsi enim naturale est, non homini solum sed cuivis animali vitâ amare, sui perniciem, quoad potest, auertere , tamen irrationali quodam impetu & lege apud plerosque barbaros necis sibi afferenda consilium iandiu obtinuit, vt vel impendientia mala deuidentur, vel fortiter rem gelisi vidententur, vel diis suis aut regibus aliquo gratificarentur. Quanquam in hoc Perueni regno pra aliis minus id vistatum fuit, quod legibus , & moribus esset exultius. Neque miranda est ea barbaries in cæteris cum Græca , Romanæque hitoris. Themistocles illos, & Mitridores, cum Mutios, & Catones, & Brutos, aliosque innumeros, vt viros fortes non parum ambitione celebrent, atque ipsi etiam, qui Christiani haberi volebant , Circumcelliones in Africa creberime ita interierint. Etenim vel laudis amor quidam insanus, vel cæcum vitandi mali consilium complures ingenio

etiam

398 DE PROCVRANDA INDORVM
etiam arque doctrina præstantes viros vsque ad
seuam sui necem sapè compulit. Quod cum
exemplis maiorum apud barbaros pro magno du-
citur, naturali sensu propemodum extinto etiam
iucundum morris genus habetur. Pertinet etiam
ad rectam sui dilectionem, vt mentis vius per te-
mulentiam ne intercipiat, atque ex homine
pecus fiat, vel potius maxime noxia, & ferox bel-
lua. Sed de ebrietate vitanda, quod est præ cæ-
teris vitium maximè familiare barbaris, satis in
tertio libro dictum est. Huc etiam pertinet, hu-
manarum carnium elus, in quo non tam defuncto
homini, qui nihil aut sensu aut doloris capit,
quam ipsi humanæ nature iniuria fit. Id enim na-
turali legi ita repugnat, vt nulla quantum ego sen-
tio, famis inopievis causa licere posfit. Afferunt
enim doctissimo Theologo ita sentienti, quan-
quam alij alter sapient. Genus autem hoc virij
apud Indos Carybes dictos, quales sunt Brasi-
lienses, & Chunchi, & Chiriguianenses, & aliij
plerique in vî & pretio habitum sacrofancæ
literæ grauior auerfantur, quæ veteres illos
idolorum adoratores inter cetera multum accu-
fiant, tanquam humanarum viscerum comedtores.
Philosophia quoque ferinum id esse docet apud
Aristotelem, qui eiusmodi facinus inter extrema
opprobria actionum humanarum numerandum
putat. Quare vt seminii humani fundendi hone-
sta causa esse non potest levatio corporis, nisi alio-
qui matrimonio legitimo, etiam si ex eiusmodi
humore coacto interitus cœsequatur, ita profecto
neque ex humano cadavere epulas quantacunque
famis.

Vñdoris
reliet. de
tempo-
ranti. n.

Sap. 12.

Ariß. 7.
Ethic.
cap. 5.

SALVTE LIBER. V. 399
famis depellendæ necessitas iusta esse permittet.
Ad communis quoque naturæ dilectionem spe-
citat, vt defunctorum corpora non vio lento, at-
que adeo ne sepulchra quidem effodiantur, in
quod auaricia, & inhumanitatis genus leges Im-
peratoris, & Pontificis acerbè animaduertunt,
& in hoc regno Concilio Limensi seuerre admo-
dum nostrorum hominjum licentia coercentur.
Verum in quo rectam sui dilectionem barbari
offendunt maxime, minimèq; id putant, illud
est, quod ab Apostolo Paulo uno verbo luculen-
ter est dictum, quod contumelias afficiunt cor-
pora sua. Ita enim omnes impudicitia & libi-
dinis præpostera fordes exposuit. Atque est illud
quoque ab eodem verisimile ostensum idolatriæ
celus omnia flagitia statim consequi, tanquam
riuulos primum fontem, quod est à Sapiente
sapienter etiam animaduertum. In hoc genere
sunt concubitus cum maribus, cum bestiis, cum
ipsis lignis, incestuoso amplexus cum fororibus,
cum maribus, cum filiis apud quoddam barbaros
non concessi solam, sed interdum lege fanci-
ci. Nostros Ingas non nisi fororem legitimo sibi
coniugio copulare solitos constat, ex quibus duo
ad fidem conuersi & baptizati in antiquo matrimo-
nio peruanere à presule quodam permisisti fe-
runtur, factumque Paulum quartum Pont. max.
grauissimè tulisse, verbisque seuerissimis obiurgal-
le fama est. Verè à Sapiente scriptum est, Initium
fornicationis est exquisitio idolorum, & adiuuen-
tio illorum corruptio vice est. Et post nonnulla,
Neque vitam, neque nuptias mundas iam custo-
diunt, sed alias alium per inuidiam occidunt, aut
adulterans

Conc. Tel.
4. c. 45.
Conc.
Maliens.
c. 71.
Conc.
Lim. cap.
11.
Roma.

Sap. 14.

Sap. 14.

400 DE PROCVRANDA INDOVRM
adulterans contritata : & omnia commixta sunt,
fanguis , homicidium, furtum & fictio, corruptio
& infidelitas, & cetera, inter quæ nativitatis im
mutatio , nuptiarum inconstantia , inordinatio
mœchiaz, & impudicitia. Infandorum enim ido
lorum cultura omnis mali cauſa , est & initium,
& finis. Hæc Sapiens, Quæ omnia carnis flagitia
à Cæcista affidit & grauitate infestanda sunt,
& seuerius cum violatoribus legis naturalis agen
dum. Interea vero fornicationem , quam fore
gentes licere putant, multis modis legi Dei &
naturæ ipsi contraria docere debent, atque ut
persuadant, non solum sacra authoritates pro
ferendæ, verum etiam humana argumenta, que
poterunt: illudque præcipue ab opinione ito
rum remouendum, ut feminas non ante mari
monio sibi iungendas arbitrentur, quam in sol
lutiſ periculum fecerint, qua ex cauſa concebi
nas prius penes se retinent, quam eadem ducant
vxores. Quin etiam adeo virginitas vilis est fe
minis, ut opprobrio propemodum detur, si qua
ad nuptias nondum corrupta perueniat, tan
quam fui amatorem antea inuenire nequiverit.
Hæc arque id genus alia barbaricæ stultitiae mon
stra diligenter ab hominum sensu, & vita vſu
quoad liceat releganda sunt, & docendi omnino
barbari, ut se iplos, sensum, corporeum suum
diligere & conseruare congruenter nature
discant.

CAPVT

SALVTE. LIBER V.

403

CAPVT XIII.

De dilectione proximi.

Proximum est, vt qui se recte diligit, fratrem
quoque vt se ipsum diligit. Quod sane fit duob
us modis. Vno, vt ne cui omnino noceat, siue vi
tam corporis laetando, siue vxorem violando,
siue fortunas contrectando, siue exultationem
opinionemque imminuendo, quibus proximus
aut re aut verbo laeditur. Et vt sit perfecta iustitia,
à quibus perpetrandis abstinet, ab iisdem etiam
per libidinem affectandis se ~~forbit~~ prohibeat. Horum
quippe omnium lex naturaliter hominum infecta
arque impressa animis est. Ut quod tibi ab alio fie
ri nolis, id in alterum ipse ne facias. Altero quoque
modo diligimus proximum, cum non modo non
laedimus, verum etiam opportune adiuuamus, aeq;
adiuuimus. Atque hic planè omnia Christiana char
itatis officia versantur: & quedam quidem salua
charitate prætermitti nō possunt, vt si debitus ho
nor parceribus, si extrémè aut grauitate indigent res
familiaris, si pericitanci necessaria vita subſidia
subtrahantur. Quædam vero etiā non omnino char
itatem vitiant, grauitate tamen debilitant, vt si
non doccas, quos commode potes, hospitio non
excipias, si non pascas, cum ipse abundes, & reli
qua id genus. Quæ cum dicta vniuersitatem, & om
nium mortalium gentibus communia habeantur,
tamen illud est proprium Indorum moribus,

C

quantum

Mat. 7.
Tib. 4.

quantum ego notare potui, accommodandum, ut
mutuis inter se officiis honeste certent, idque &
humanitatis & Christianae discipline maximum
ac propemodum singulare decus sibi persuadeant. Etenim cum plerique in rebus Europeos
homines naturales Indorum mores longe antecellant, quod is facile conceder, qui horum modestiam, lenitatem, auaritiam fastuque contemprum, laborum tolerantiam contemplatur, tam
men hac vna valde horum ingenio offendor, quod
parum omnino benignitatem atque humanitatem inter se se obseruent. Nam in nostros homines
sue scrutuitur quadam oppressi, sue admiratione commoti, sue ne in se scruentiae experientur,
timore correpti, liberales certe sunt, &
pro sua tenuitate copiosi. At inter ipsos viri est,
qui stipem vilem, aut pugillam frumenti ultro alteri praebant. In agrotis parum misericordes, in
fenes & egentes illiberales, in labore, & avaritia
opprescos inhumani. Vix filij parentibus deferunt honorem. Senectus ipsa vt alii est venerabilis pro rerum yisu, & consilij autoritate, ita
his barbaris vulgo fastidio, & opprobrio habetur.
Itaque plerique fenes atque anus, quoniam sustentanda vita ratione inueniunt nullam, vi-
ribus destituti, & ab aliis contempi, eam potissimum inueniunt, vt sortibus, auguriis, diuina-
tionibus, veneficiis stipem colligant, & suam apud ceteros opinionem tueantur. Obseruum est à viris valde prudentibus nullos esse in
natione Indorum istarum superstitionum arti-
fices, & architectos, nisi homines abieccos, ino-
pes, decrepitos, qui omnibus aliis rebus ex-
clusi

clusi ad eas se artes vulgo conseruant. Obseruum
etiam parentes filii in nullo esse pretio si
indigent, agrotis nihil ferè opis adferri: de-
functis multa prodigi, quæ si viuis concede-
rentur, diutius essent in vita retinendi. In no-
stris vero nihil perinde barbari suscipiant, &
admirantur, nihil æquæ apud se commemo-
rant, & laudibus tollunt, atque mutuam bene-
ficiam, & liberalitatem, cum praestitum
eam ad se se redundare perspexerint. Verum est
enim Salvatoris elogium in hoc cognoscere ho-
mines, quod discipuli mei estis, si dilectionem
habueritis adiuvicem. Hanc ergo Christia-
nae charitatis partem, qua in beneficentia sita
est, excolandam atque illustrandam, & verbis,
& factis sibi precipi reputare debet minister
Christi. Et certè dicunt barbari humanitatem,
discunt mores suiores, discunt effusam etiam
in suis liberalitatem, si diligenter & crebro ea de
re commonefiant, & exhortationibus Sacerdo-
rum paria exempla non defint.

Ioan. 14.

CAPUT XIV.

*De Catechismo vulgo Indorum
necessario.*

Multa quidem sunt in Christianæ doctrinae
explicationes fusiæ & vberius Indis repe-
tenda. Verum ea à me commemorata sunt, quæ
C. 2 peculiarem

406 DE PROCVRANDA INDORVM
peculiarem videntur habere difficultatem. Nos
vero ex vastissimi orbis innumeris gentibus, quan-
tum est hoc, quod experti sumus? Itaque alij alia
notare, & commendare potius curabunt, quae no-
nisi Euangelij stirpibus magis opportuna ani-
maderterint. Ego quod Peruenibus maxime
conferre existimo, vt porri, exposui hactenus, &
deinceps exponam. Hec autem omnia ut com-
modius, & Catechista doceat, & Indi percipiant,
opus in primis est dupliciti quodam Catechismo:
uno compendio & breui, quem memoriter
etiam si fieri potest, addicent, vbi summa sit
corum omnium, qua ad fidem, & mores homini
Christiano necessaria sunt; altero vberiore, vbi ca-
dem amplius dilucidiusque dicantur, & copiosius
confundentur. Ut ille prior discipulis potius, hic
posterior ipsius praecettoribus viui sit. Opus est
etiam breui, & absoluто aliquo confessionali, ut
sacerdotes rudiores conscientias Indorum exami-
nare, & purgare sciam, vbi ea maximè peccatorum
genera explicitentur, que iitis familiaria sunt.
Atque ad eundem modum que in matrimonii
Indorum, ceterisque sacramentis conferendis in-
terrogare opus sit. Hoc vtrunque opus si quis
vtraque lingua, & Indica, & Hispanica simul scri-
beret, ac Theologorum illultrum atque egregie
lingue Indica peritorum autoritate munitum
diuulgandum curaret, saluti profecto vniuer-
se Recipib. Indica immortale beneficium con-
fert.

C A P V T

S A L V T E. L I B E R V . 407

C A P V T X V .

*In instruclione Indorum diu esse
perseuerandum.*

Im vero de residentia Parochorum, deque
missionum auxilio, ut hanc de catechizandis
Indis partem absoluamus; dicendum deinceps
est. Neque magnopere modo incumbendum est, *Prov. 27.*
Ezec. 34.
Ieron. 10.
vt pastoris præsentiam omni quidem gregi in pri-
mis necessariam, etiam Indorum populis deesse
nullo modo debere monstruemus. Nam ut pastor
attenda vultum pecoris sui, siusque greges con-
sideret; ut requirat abiectum, & infirmum con-
fractumque alliget, & forte custodiatur; ut proprias
dues nominatum vocet; & vadat ante eas; & lu-
pos arceat; & se ipsum, si opus sit; pro ouibus
Christi exemplo offerat discrimini, catechaque si-
milia; quorum nos diuinæ litera admonent, hic
principue desiderari res per se ipsi quovis etiam
tacente loquitur. Quae vero absentia pastorum
damna sunt, non minus experimur nos, quam fa-
tri Canones predican, atque illi præsentum Con-
ciliij Parisiensis, inter cetera, inquir, que religio-
ni Christiana aduersa sunt, hoc nihilominus con-
trarium, & periculosum extat, quod quorundam
prælatorum temerario ausu Ecclesiæ suis ad tem-
pus viduantur sacerdotibus, & post pauca, Non
attendentis quod eorum absentia, & loca Deo
dicata sibi cultu debito pruentur, & homines

C c ; fine

*Conc. Pa-
ris. lib. 1.
c. 12.*

408 DE PROCVRANDA INDO RVM
sine confessione & infantes sine baptisimatis re-
generatione plerumque moriantur. Quamobrem
in Parochos sedes subinde communitantes, & pra-
fules eos alio euocantes his statim verbis dcer-
nunt. Quanti autem sit discriminis & personæ
mittentis, & eius, qui mittitur, animarum pericula,
quaæ subinde in huius rei causa fiant, liquido
produnt. Proinde omnibus Prælatis caendum est,
ne illicita sibi presbyterorum transmitione ani-
marum suarum habeant damnationem. Presbyteri
porro qui non sūt Prælati imperio coacti, sed potius
volupatum suarum delectatione imo auari-
æ astutione succensi id facere præsumunt, per-
pendant necesse est quam luctuosa, & quaæ se-
quuntur. Quæ ad verbum repetenda duxi, ut tam
pernicioſa licentia communandi subinde Paro-
chias Indorum, & de iis veluti negotiandi, & lici-
tandi aliqua ex parte reprimatur. Sed misla ut fac-
iam haec de residentiis Parochorum communia
documenta; sunt valde peculiares, & propriæ
cauæ que profluiſ perſuadent, nihil de ſalute neophytorum
ſperandum eſſe, niſi firma, ac diurna
ſuerit doctoris in catechizando diligentia. Ut
enim tenera arbusta niſi affiduè inuitantur,
currentur, foueanturque, facilime vianiantur, diſ-
ſicile iam virtutæ emendantur ita tenera neophy-
torum mentes cum infirmas adhuc in Christi Fi-
de radices egerint, vel errore corrumptur,
vel flectuntur libidine, omnesque Diaboli
arque hominum peruerſorum imprefionis exci-
piunt. Ita enim natura comparatum eſt in omni
noua disciplina vñque dum conſuetudine conſi-
mata ſit, ut parua negligentia industria omnis, &
labor

SALVTE LIBER V. 409

labot cito euangelcat. Huic accedit harum gen-
tium minus perspicax ingenium, quod neque
multa de rebus diuinis breui percipere, neque
percepta ſatis retinere potest. Nam mihi quidem
Indi ſape videri ſolent iis perfimiles, qui vel æta-
te, vel morbo ſtomachum habent debilitatum,
æregre coquenter cibos ingeſtos: quorum fi aut
craftitudine, aut copia obtuantur, illico aecſit,
& vitio cruditatis vires potius frangit, quam con-
firmat. Opus ergo eſt, quod medicorum ars ha-
bet infirmo ſtomacho patrum, & ſape alimen-
tum inſillare. Ita enim & vincit & ad edendum
excitat. Haud ergo promittat ſibi quicquam
exiguī cuiusdam temponis labore magnos ex Indorum
populis, fructus, neque exigitimus bis
aut ter de tota Fidei cauſa eductos non amplius
indigere doctore. Quin potius & aliſdiu differen-
dum eſt & modice, ut quæ audierint, percipiānt
arque conſeruent. Sic enim Christus ipſos ſuos
diſcipulos inſtruebat, præceptores orbis terra-
rum, multa habeo vobis dicere, quæ non po-
teſtis portare modo. Præter has autem communi-
nes ferre inſtitutis humanæ rationes; eſt illa
maxima, & certifissima natuæ cuiusdam iſto-
rum leuitatis, qui cum primum ſibi relinquantur,
mirè lubrici omnia accepta deponunt, & aut
veteres ſequuntur errores, aut in obuium quod-
que, prout fors tulerit, feruntur ſicut parvuli
fluſtant, & circumferuntur omni vento do-
ctrina. Quamobrem, ne in hiſ fruſtra labore-
mus, & ne excidant à ſimplicitate Fidei corruptis
ſerpentis artu ſenſibus, neve ab iis, qui contradic-
unt veritati, conſentiant vero iniuriantiſ trans-
Ephes. 4: 16.

Cc 4 ueſti

#10 DE PROCVRANDA INDO RVM
uersi agantur, infinitis modis necessarium est, ut
in iis docendis, arguendis, exhortandis, confrin-
2.Cov.15. mandis, tuendis, & gremio denique ipso gestan-
2.Thef.1. dis, nutricias diligentia ne momento quidem ab-
lit, hoc est spirituales magistri, & patres apud eos
immobiles perseverent. Ita fieri ut ex parvis initiis
incrementa magna succedant, ac non contra, quod
sepe & videmus, & gemimus, latissimae spes &
felicia primordia incepta quadam fcordia cor-
tumpantur.

C A P V T . X V I .

An expediatus Parochias Indorum Regu- laribus committi.

*In appre-
dice ad
Synodam
Lateran,
sub Ale-
xandri.*
PArochias vero Indorum utrum tenere regulares deceat, & utri accommodatores sint neophytorum administrationi Ecclesiastice suscipienda, hinc, an presbyteri saeculares, inuidiosi, ac moleste quidam solent contendere. Sed quamvis inter antiquos Canones legamus, Ne religiosis in Ecclesiis Parochialibus ponantur, vituperari tamen non debet, neque vero potest, quod Apostolica Sedis auctoritate & Regio decreto fit. Constat vero summos Pontifices hanc mendicantium in Indis administrandis operam non solum probare, verum etiam multis magnisque privilegiis, & concessionibus insigniter protocare. Neque alienum ab instituto religioso censendum esse, si Christi amor, fratrumque saluti cedat interdum accu-
rata

S A L V T E . L I B E R . V .

41

Rata illa communis vita, & regule disciplina, Christi praetertim Vicario ita & publicius, & priuatas leges interpretante. Nemo vero sit adeo absurdus, & a studio Regulatum auctus, quin aperte fa-
teatur religiosorum opere & labore deberi potissimum Iudei Indicanæ Ecclesiæ primordia. Re-
gios autem sumptus & diligentiam in transnit-
tendis nouo orbi religiosorum gregibus ut nulla ab Hispania classis his felicibus mercibus vacua
soluat, quis tam erit ineptus, qui aliorum interpretetur, quam ut curam Indorum hi potissimum
suscipient, regiamque conscientiam, quoad licet, exonerent: Præterea ne illud quidem negari pos-
tet a religiosis, religiosus accuratiusque neophy-
tos institui, feruece viræ exemplo magis, quam a
secularibus adjiciari. Nam ut nihil aliud, ipsa ha-
bitus profilio cohieret, ut castius vitam instituant.
Quæ cum ita sint, non est cur ab officio
cessare monachos, & solum secularibus Paro-
chias omnes Indorum quisquam concedere velit.
At inter has omnes tot & tantas cōmoditatibus duo
michi videntur incommoda. Vnum est illud ipsum
quod regularibus, cum priuilegiis suis exempti
sunt, non satis bene cum Episcopis conuenit in
administrandis Parochiis Indorum. Hinc quanta
mala profecta sint, dici non potest. Primum enim
si in officio sunt negligentes, Episcopi, quorum
hoc munus est proprium, suis occurrere non pos-
sunt Parochio, aut castigato, aut commutato, siquidem
neque visitare, neque plestere, neque amo-
nere male meritos possunt. Praefecti vero Pro-
uinciales subiectos sibi Regulares corrigeri
quidem possunt, sed cum oves alienæ sint, vix ad
illos

illos serò tandem querela peruenit. Et omnino habet nescio quid perturbationis Parochum Episcopo suo non subesse , ac duplice veluti capite regi. Hinc potrò dissidia acerbæque contentiones inter Episcopos, & Regulares cum Indorum certè magno malo. Hinc querela Episcoporum , quod oues sibi commissas satis pacferne nequeant. Denique vestem ex lana linoque contextam, & aream eandem vario lenime aspergam , videre est simplicitati Euangelica , & sumministracioni spiritus, quam Paulus tanti facit, sapienter non parum incommodasse. Hoc igitur detrimentum ex Indorum ratione considero. Alterum verò meo iudicio non sito inferius in ipsosmet regulares recurrere sentio ego, imò verò sentimus & gemunt ipsi, quorum prudentissimus , atque optimus quicquid copiosè deplorat propter sulcebras Parochias Indorum religiosorum ordines effì collapsos , atque inde & disciplinam excusatam , quod certè dolendum est. Siquidem hi auxiliares à Christo Dominio dati sunt, & fidem iuxta Sapientem, pro amico spöndentes, ex officio habent, quod sequitur, festinare, discurrere, amicum susticare, vt debito satisficiat. Ac nescio quonam modo in hoc orbe commutata est ratio instituti regularium.

Neque enim, vt in Europa , cum prædicanter verbum Dei, confessiones populi audiant, catæraque faciunt, Parochia adiumenta sunt, & profellione sua reventa , greges Christi , quod licet, curant. Quin potius singularia hic omnia diuinaque sunt, vñiquaque Parochiam suam tenet, & neque suos ab aliis iuuari patiunt, neque ipse adducitur, vt alios iuuet. Ita finibus quicquid suis sepris est,

Prov.6.

Deut.12.
Lemit.19.

Ephes.4.

ac si de agro partiendo res esset, alienam ditio nem nisi suam faciat, neque adire ipse, neque adiri suam æquo animo fert. Scipit ad me ex noua Hispania quidam de nostris mirari sele tam absurdam, & ab Indorum salute alienam confuetudinem inuectam esse India Occidentali. Quamobrem si sacerdotes sæculares, & merito & numero pares Indorum Parochiis inuenientur, fortassis effet magis è re Indorum, vt religiosi nostro munici non decessimus, sed Parochis ipsis, atque Episcopis auxiliares manus præberemus , & cum summa corum benevolentia verbum Dei inter Indos disseminaremus, atque eos audiendi confessionibus cæteroque omni officio prosequemur. Quod si hoc vniuersè fieri nequit, vt certè nequit, profecto qui ex religiosis hoc instituti generare militare possunt, omnia plurimum causæ Indorum conserfei putandi sunt.

CAPVT XVII.

Salutem Indorum Societati I E S V pro viribus esse procurandam.

Societas autem I E S V è potissimum instituta, vt in missionibus obcundis per varios orbis terrarum tractus Ecclesie Dei seruiat, hoc tam est proprium munus, vt nihil magis. Arque id quidem quanquam vbiique gentium præstat debet pro sua virili , tamen nusquam æquè arque inter nationes Indorum, ad quas Deo concilian-

das

das præcipio, vt ego sanè opinor, studio diuinatus instituta est. Ac dabunt mihi & qui omnes libenter veniam, si quandiu sum Indorum seruus, honorificem ministerium meum. Itaque si in hac parte vel cesserit difficultatibus vieta, vel desidia torpeat societas, non mihi dubium est, quin gravem præ ceteris & Dei, & hominum incurrat offensam. Etenim quo alio pertrinet familiare illud in professionibus solemnibus votum, quod nos quartum solemus vocare, de parendo Pontifici circa missiones? Quorum roties facta mentio in Sacris Bullis instituti profecitionis ad Indos: Quid in beati Patris Ignatij constitutionibus; tantopere repetitum, & commendatum, quam ut prompto alacrone animo præsto vñlquique sit, siue ad fideles siue ad infideles ire iubeat, etiam si remotissima orbis regio lustranda sit? Videre fanè est ex ipsis primordiis suis huius societatis autores Indianas profeciones potissimum spirantes, easque literis factisque suis; & toto viragene velut excupentes. Pauci numero & vix dum profecione sua confirmata cùm essent, tamen duos ex ipsis ad Orientalem Indiam destinandos putarunt. Quorum vnu Franciscus Xavier, quanta Deo magnifice adjuvante peregerit, & quale suis exemplum reliquerit, inter abrupfimas difficillimataque Barbarorum rupes iter ostendens Dei verbo planissimum, alijs melius loqui poterunt, & tacentibus nobis res ipsæ Dei benignitate non tacent. Hunc ceteri loci secuti, quantum Chtisti Iesu in se propensionem experti sunt, quantum in pro merenda salute hominum vim nimis durus ingratiusque est in nobis, qui non

&

& agnoscit, & celesti beneficio gratias immortales agit. Neque ego sanè dubito, quia dulciori quadam ac familiariter cura Dominus Iesus eos profeciat, qui se totos studiaque sua huic opere confecrant, quod ex charius iucundiusque Deo nostro est, quo & per se insuauius, & ab hominibus magis neglectum. De veris operariis loquor, nam mercenariorum, & sua quærentiam plena sunt omnia. Eti verò ad hanc Occidentalem Indianam seruus aliquantò, & parcus Societas Iesu vnuocata est, tamen de benignissima Domini prouidentia certò mihi persuasum habeo, non inferius futurum operæ premum, neque ullo vñquam tempore societatis huc missæ operam celsaturam. Nam cum tot tantisque rationibus rei Indorum procurandæ confricti teneamur, militia deserentes penè etiam proditores habeamus necesse est, si non omnes neruos in hoc opus Domini, vel pretermis ceteris contendamus.

CAPVT XVIII.

*Cur multis videatur Societas Parochias
Indorum debere suscipere.*

Quoniam verò in hoc orbe nulla alia Euangelizandi ratio haçtenus suscepta est præter eam, quam Parochi suis adhibere solent, vindentur multis huius Societatis homines nisi Parochias Indorum ipsis visitato more suscipiant, nihil ad salutem neophytorum conferre posse, vniuersitatemque

uerumque eorum aduentum ex Europa esse pro-
pemodum supervacaneum putant. Itaque censem
huic omnino oneri certices subjiciendas, curam
que Indorum propriè subeundam. Cumque in hac
parte cunctationem nostram vident, indulgen-
tiam nobis deliciasque obiciunt, quod detrecta-
to labore & vita agrestiori, urbanam frequentiam
amemus. Quidam timori trepidationem nostram
substomachantur, amico illi quidem animo, sed
voce libera objurgantes, si Patres Societatis
IESV parochias Indorum sibi vitandas ducant,
de Indorum desperata salute ferre sentiantur.
Quis enim, inquit, discimini huic obiciet se
se pro salute fratum, si vos Patres detrectatis,
& tergiuerfamini, quorum alioqui animarum
studium, & inflammatum in Deum pietas perspe-
cta est? Quorūm vero missionem tantam sulci-
pitris, tantum terrae pelagiique emensi ad ignotas
terras trajicitis, si Indorum cauam deferitis? Aut
qua ratione professioni, nominique vestro con-
sulisti, si quod alij omnes religiosi vii ample-
xati sunt, vos perhorrecitis, non inferiorem alias
animarum zelum praे vobis ferentes? Quod si
Hispanorum nostrorumque hominum salutem
appetitis, nonne satius erat in media Hispania
Europaque consilere, vbi & numero, & gradu
superiores sunt infinitis partibus ista merces? Alij
quidem aurum argentumque apud Indos qua-
runt, quod apud fuos, si æquè occurreret, haud
quaquam patria deserta tam longam, tam mole-
stem, tam periculis omnibus plenam peregrina-
tionem fulciperent. Vos vero Patres quid auri
quid argenti huic quæstituti aduentalisti? Si qui-
dem

417
dem Hispanorum animas, certè apud vos au-
rum istud abundabat copiosè. Quod si Indos
Christo Iesu lucifacere in votis erat, & que-
stum maximum, vt est planè, existimancibus
pietatem, Euangelij gloria, & propagatio cordi
erat, quo tandem confilio vix aggredi rem, terga
vertitis? Illi ipsi profani, atarique homines, qui
in hunc orbem rei augendas cauli penetrarunt,
tamen nihil laboris, nihil periculi recusarunt,
modo copia exoptata potirentur: vos vero om-
nia prius tuta, omnia vndeque quadrata circum-
spicitis, ac velut in umbra res gerenda sit, nihil
periculorum adeundum putatis. Atqui veltri fo-
cij iij, qui in India Orientali in Malabarica, in
Malaca, in Ormucio, in Malucis, in Æthiopia,
in Iaponia, in Sina, ceterisque Orientis re-
gionibus tanta præstiterunt, & tanta cum gloria
rebus ab iis gestis per ipsorum epistolas cognitis
in omnium ore verlantur, non sine magnis fudo-
ribus huc ingenti periculo eam sunt laudem con-
secuti. Quod si vrbes tantum Hispanorum inclo-
endas vobis exultatis, si Mexicum, Limam,
Cuzcum, ac non in mediis Indorum populis fe-
dem figitis, si Catangas, Collas, Sacacas, Ya-
uyos, ceteraque Provincias barbarorum vita-
tis, vmbraitlis tantum ac Iudicra vestra omnis
de Indis procuratio sit necesse est. Quomodo
enim eam gentem Christo expugnare poteritis,
apud quam fedem figitis nullam, nulla certa pre-
sidia constituitis, nullas moras duciris? Cum nul-
la alia re perinde opus sit ad salutem Indorum
procurandam, atque persecutantia & improbo
quodam labore. Sic enim habetote Patres, qua-
tum

418 DE PROCVRANDA INDOVRVM
tum nos veteranos , & mores horum barbarorum
diuturno vnu edoētos causa admonet , nisi perpe-
tuū , ac constanter verbum vita , & curam salutis
harum gentium meditemini , vanos omnes ve-
stros conatus & tela Penelopes similes proflus fu-
turos.

C A P V T X I X .

Que rationes à suscipiendo Parochiis In- dorum Societatem deterreant .

HEC atque horum similia expoſtulare nobis-
fignores nos in suscipiendo Parochiis acculſant,
quorum me oratione ita ſepenumero perculsum
fateor , vt propemodum vietus cederem , omnia-
que alia ſalutis neophytorum pothabenda exiliti-
marem , atque euidem pene contemnerem . Sed
contemni profeſto non poſſim , cum occurrant
nobis tot viri religiosi & pii , qui non minus ami-
co , & sincero animo trepidationem noſtram in
ſuscipiendo Parochiis vehementer probent , con-
firmentque fe longa experientia diuīſile religioni
ſue plurimum ejusmodi Parochias incommoda-
ſe . Itaque permuli graues , & pii viri in ſuis Capitularibus
Conuentibus agitarunt de Indorum Paro-
chiiſ deferendis , ne & regulatibus ſuis nocere
pergerent , & maximas ab Episcopis , à Patronis ,
à Praefectis Regiis moleſtas ſuſtinerent . Quod
& ſi effectum non eſt , Rege regiſque ministris
contra

SALVTE LIBER V. 419
contra nitentibus , tum vero ſententia aliorum ,
vel charitate , vel quavis alia cauſa obtinente , ta-
men illud omnes , aut penè omnes experti nobis
gratulantur , quod eos ſcopulos nos prateruecti
ſimus . Neque enim in nouo orbe antiquam Do-
miniſententiam obliuici debemus : Quid prodeſt ^{Matth.}
homini ſi mundum vniuersum lucretur , animæ
verò ſite detrimentum patiarū ? Aut quam dabit
homo commutationem pro anima ſua ? Et illud
Sapientis : Secundum virtutem tuam recuperata ^{Eccles. 19.}
proximum tuum , & attende in illis , ne forte inci-
das . Praeterea illud ante oculos ponere oportet ,
Qui ſibi nequam eſt , ſic bonus erit vñquam : Et ^{Eccles. 14.}
illud Pauli , Attende tibi quibus ita ſalutem fra-
trum iubemus querere , vt ne negligamus no-
ſtram , imò vero nullam eſſe ab aliis sperandam , ſi
in nobis prima defecerit . Atque ut omitram reli-
qua , que non leui ſunt , duo manifesſtē habent Paro-
chias Indorum grauiflma incommoda . Vnum
eſt continentis periculum , proper Parochorum
miram ſolitudinem , ac libertatem quidvis perpe-
trandi , cum perpetua quadam eſca libidinis ex
ſcenarium alpeſt̄ , colloquiis , ſci familiaris
vnu . Ad quæ accedit , vt cumulum faciat mira
iſparum ſcenarium facilitas , carus pudor , reſi-
ſtēndi viſ propemodum nulla , ſep̄ etiam ſponſe
oblata copia . Hoc igitur vnum eſt : alterum vero
non leui iudicio meo , quod ex lucri ſpecie na-
ſcitur , cupiditat̄ opinione ſue vera illa ſue fal-
ſa ſit , omnia Parochi ſtudia respurgit propemodo-
rumque corrumptit . Nam & vietus ſuppeditari lo-
let ab Indis , quod illi Camaricum dicunt , & à Pa-
tronis Dominique Indorum ſalarium pendit .

D d Fiac

Hic cum Indis imperando , exigenda , commo-
diffimum quodque eligo , minus copiosum
Camaticum recufando , quanta turbatio inter ip-
forum fraudes , & Parochi cupiditatem . Itaque
omnem ad Parochi questum vel fallendum si
possunt , vel si non possunt , explendum , salutis
iure curam , cogitationemque conuentum . Cum
Patronis rursum Indorum , cum praetoribus , que
tragedia quotidie : Quot iurgia , & lites , quibus
Regia subseilla assidue crepan . Hinc similitates ,
hinc odia acerba , hinc calumniae graues . Coniu-
rat cum Curaci Patronus aduersus Parochium ,
& quidvis ut obijciat , testes habet ad votum . Hec
qui non vidit , ad exaggerationem fortassis cumulu-
lata putabit : qui interiuit , & rem totam oculis
perlustravit , rerum fide inferiora teflabitur . Igi-
tur vel continentia naufragium , vel saeva certe
tempestas subeunda est , tum vero auaritia gurses
ipse si eundetur , species profectio auaritia , &
existimationis iactura etudi nullo modo posse
videtur .

CAPVT. XX.

*Quæ in suscipiendo Parochiis moderatio
adhibenda sit.*

Intra has vero tantas difficultates , illa haec-
tus sententia mihi magis probata est , usque
dum melius , & certius aliquid eluceat ; Paro-
chias Indorum , neque esse societati nostræ temere
complectendas ,

complectendas , neque vilqueaque tamen re-
pidiendas . Sed siquidem duobus illis incommo-
dis incontinentia , & auaritia satis occurri queat ,
tum vero Episcoporum pace , & amicitia renta ,
cætera omnia officio aduersus Indos esse postha-
benda . Sin vero vitari nulla ratione queant , pro
certo esse intelligendum aliam esse adiuvandi has
gentes querendam viam , neque dubitandum
hanc vulgarem diuinitus nostris esse præclaram .
Nam praetœ communes Euangelizandi leges est
illa societati nostræ vel prima , vel maxima , ut
ministerij sui impensi in proximos nullam om-
nino patiarum mercedem , mercedifive speciem
ad se redundare . Itaque quod aliis valde , &
licet , & sanctum est , elemosynas pro missa di-
cenda , pro funere , pro concione , & accipere
& petere , nostris etiam ultra oblatas admittere
nullo modo fas est , idque & constitutionum &
literarum Apostolicarum præceptis disertè , & sa-
pe cautum est . Quare nihil est quod tantopere
quidam mirentur , si Parochias Indorum Camatico ,
& salario instructas minus cum nostra pro-
fessione congrue existimemus . Verum ea , quæ
dixi , incommoda vitæ satis posse videntur mihi
in iis præcipue Parochiis , quæ vel in urbibus
Hispanorum sitæ sunt , vel ab iis non admodum
remota , qualis hec Limensis est S. Iacobi , quam
nostrî tenent . Nam & subsece possent Rectori
collegij , qui Indorum doctrina dant operam ,
atque illorum religioni & modestia satis consuli
potest , cum vita omnis illorum , superiorum oculis
subiecta sit , qui vt , & sibi & officio satisfaciant suo ,
facile curant . Vitæ ergo liberioris licentia superio-

222 DE PROCVRANDA INDO RVM
rum cura prope in negligantium in hominibus alio-
qui probatae integratitatem, satis sublata videri potest.
Etenim & magnum Indorum fructum ita exper-
munt, & incommoda omnia facile antecertimus.
Sed quoniam fæcēdoes doctrinæ, & administrati-
ōni Indorum necessarij sine sumptu & quidem
copioſo vbi frequentes illi sunt, ali non posſunt, nō
est recusandus moderatus, & congruens vietus,
dummodo illud inviolabile sit, vt ab Indis ipsis ni-
hil exigatur, neque cum p̄fæctis iporum fæcēdoes
contentiones de quaſtu aut mercede concidentur.
Id vt fiat, censem plerique magno adiumento fore
eam constitutionem, quin noua lege iam vide-
mus editam, vt de publico æario fæcēdoes an-
nui prouentus tribuantur, quod si sincere, & can-
didè obserueretur, non dubium est, quin honestis, &
religiōs hominibus percommodum, & iucundū
sit: ipsi vero adificationis, & salutis neophytorum
magnopere conduceat. Hoc genus ergo Parochia-
rum collegiis Societatis vicinarum mihi iis, quas
dixi, conditionibus fuscipī minimè displaceat. Sed
quoniam maius aliquid homines in societate re-
quirunt, neque eo modo satis vel expectatiō
de se concepta, vel harum gentium extreme ne-
cessitati nostri faciunt, ne illud quidem omitten-
dum est, quod nos admonuerunt opportunè viri
primarij. Eſe quādam prouincias Indorum fre-
quentes, vbi collegia societatis erigi poscent, at-
que inde fæcēdoes prodire ad parochias pro-
curandas, qui tamen superioris, & cure, & oculis
penē subfervent, & religioſe iuvant, & inuif, &
communari cum eſer opus, facile posſunt. Ita
enim fieret, vt Indorum rationibus consulteretur
ordinaria

SALVTE LIBER V.

423
ordinaria noſtrorum praefentia, & ipſis religioſi
inſtituti nihil deperiret. Atque hoc genus doctri-
nam, vt vocant, plerique regulares maximè pro-
bant, quod eft in Noua Hispania vitatum, vbi
monasteria, vt audio, in oppidis Indorum paſſim
adificata fuit. Et in hoc ipſo regno Peru fuit non
paucā huius exempli. Quanquam & diaboli inue-
terat inuidia & hominum fragilitati nihil eft
vnquam ſatis turum. Verum in re ardua atque vi-
diue difficultatibus plena, que à periculo longius
abſunt, ea pro tutis confilia reputari debent.

C A P V T . XXII.

Miſſionum uſus in Ecclesiſta antiquis
& frequens.

SI quid in parochiis tenendis minus Indorum
Salutis p̄famam, certè Miſſionū commodi-
te copioſe rependi potest. Miſſiones verò intelligo
eas excuſiones, & peregrinationes, qua oppida-
tim verbi diuini cauſa iufcipiuntur, quarum &
uſus & authoritas longè maior eft, & latius pa-
tet, quam homines opinantur. Etenim in prima il-
la florentissima Ecclesiſta videre eſt hoc duplex ge-
nus Euangelizantium. Alij certas pkebes mode-
tandas inſtituendasque cura propria ac perpetua
iufcipiebant, de quibus Paulus Apoſtolus loqui-
tur: Huius rei cauſa reliqui te Grecæ, vt confi-
tuas per ciuitates presbyteros, quos etiam Hiero-
ſolymam adiens ex Epheso euocauit Miletum. Th. II. A.D. 201.

D d , Attende,

424 DE PROCVRANDA INDORVM

Attendite, inquit, vobis, & viuisuelo gregi, in quo
vos poluit Spiritus sanctus regere Ecclesiam
suum, quam acquisuit sanguine suo. Hos quo-
que Petrus alloquitur: Seniores pascite, qui in
vobis est, gregem Dei, non turpis luci gratia,
neque dominantes in clero. Hos Ioannes in sua
1. Petr. 5.
Apoc. 2.
& 3.
Ecclesias, in quibus prædicauimus: Quid Pe-
trus dum transiret viuens, & deueniret ad fan-
tas, qui habitabant Lyddam: Hoc prorsus Ti-
motheus, quem mitiebat Paulus, ut confirmaret
Theffalonicenses. Hoc Titus apud Corinthios
egit. Hoc Iudas & Silanus Antiochiam ab Aposto-
lis missi. Hoc Paulus ipse cum Sila perambulans:
Syriam, & Ciciliam confirmans Ecclesias &
præcipiens cultodire precepta Apostolorum. Et
quamvis hoc Episcoporum, qui hac parte Apo-
stolis successerunt, munus sit, tamen neque Epi-
scopi omnia præstare possunt, & ipsi suatum Dice-
cione limitibus conclusi sunt. Quamobrem ad
eum cui viuensalis est Ecclesia commissa à Christo,
Romanum inquam Pontificem in Petro oves
omnes Christi palcendas suscipientem singulari
quadam ratione pertinet, qui per se ipse non po-
tes, ut se definiet, qui ipsius auctoritate hoc tan-
tum munus obeant. Itaque ceterius in Ecclesia
multorum Patrum religiosos ordines successisse,
qui Apostolica auctoritate freti totum terrarum
orbem doctrina luce illustrarint, vita pietate &
ardore inflamarint. Quo in genere societas haec
minima nihil sibi aut nouum, aut nimium sumis-
si vocationem suam agnoscit, ut in Christo omni-
bus seruat, & cum nulli sepe, aut loco, aut per-

acie,

SALVTE LIBER V. 425

acie, duo sunt ordines, unus eorum, qui certo loco
decentur, alter eorum, qui per omnia discurrentur,
ut omnibus opem ferant. Quod militie genus
tanti in Ecclesia factum est, ut duces nos traximus,
id est, Apostolos sibi sumpliſſe videamus.
Quid enim aliud agebam Paulus & Barabas
cum inter se dicent, Reuertentes viſitemus om-
nes Ecclesias, in quibus prædicauimus: Actus 9.
Actus 9.
1. Thes. 3.
1. Cor. 7.
8. 11.
Actus 15.
Ibid.
Ecclesias, in quibus prædicauimus: Quid Pe-
trus dum transiret viuens, & deueniret ad fan-
tas, qui habitabant Lyddam: Hoc prorsus Ti-
motheus, quem mitiebat Paulus, ut confirmaret
Theffalonicenses. Hoc Titus apud Corinthios
egit. Hoc Iudas & Silanus Antiochiam ab Aposto-
lis missi. Hoc Paulus ipse cum Sila perambulans:
Syriam, & Ciciliam confirmans Ecclesias &
præcipiens cultodire precepta Apostolorum. Et
quamvis hoc Episcoporum, qui hac parte Apo-
stolis successerunt, munus sit, tamen neque Epi-
scopi omnia præstare possunt, & ipsi suatum Dice-
cione limitibus conclusi sunt. Quamobrem ad
eum cui viuensalis est Ecclesia commissa à Christo,
Romanum inquam Pontificem in Petro oves
omnes Christi palcendas suscipientem singulari
quadam ratione pertinet, qui per se ipse non po-
tes, ut se definiet, qui ipsius auctoritate hoc tan-
tum munus obeant. Itaque ceterius in Ecclesia
multorum Patrum religiosos ordines successisse,
qui Apostolica auctoritate freti totum terrarum
orbem doctrina luce illustrarint, vita pietate &
ardore inflamarint. Quo in genere societas haec
minima nihil sibi aut nouum, aut nimium sumis-
si vocationem suam agnoscit, ut in Christo omni-
bus seruat, & cum nulli sepe, aut loco, aut per-

D d 4 longa

426 DE PROCVRANDA INDORVM
foste addicta sit , omnes tamen officio prolequa-
tur suo . Neque vlo modo dubitandum est , quin
vocationi si sua ipsa non desit , cius , qui ad rem
tantam vocare dignatus est , gratiam & largita-
tem vberimè experta sit .

C A P V T . X X I I .

Missionum utilitates inter Indos .

Missionum autem utilitates inter Indos multæ magnaque sunt . Prima quod omni cupiditat occasione procul remota cum neque ministerij sui mercedem exigant , neque fructum alium expectent , quam salutem Indorum , neque in postulando Camarico molesti sint , deinde continentia , & integratatis lumen pte se ferant , admirabile dictu est , quam in sui doctrinaeque sua admirationem & studium Indos rapiant . Neque enim quod saepe dicere solco , illustriora miracula ad Euangelij commendationem Indis adhiberi possunt , quam vt neque auraria occasione neque libidinis sinistro rume , doctrina ministri Euangeli decoloretur . Secunda , quod cum seuerius obiurgare & male facta vindicare ad parochos propriæ pertineat , missionum vero ratio ea sit , vt potius confundandi , intercedendi , ac bene de omnibus merendi partes sibi sumat , valde in nostros studia Indorum excitantur , & sit animorum magna coniunctio : ex qua & fidicis facile commodant , & se suaque omnia libentissime

SALVTE LIBER V.

427
benissime impertunt atq; communicant . Tertia
hinc quoque manat , & est copiose viu comperta ,
quod ad confessiones nostris facienda , etiam ge-
nerales , etiam ingentium scelerum , ac diutissime
conceditor , ultro ipsi non inuitati veniunt , qui
tamen parochorum omnium vna sententia , tard
vetum in confessione sacramentali ipsis aperiunt ,
quippe qui parochos pertimescant . Eo omni metu
odioque sublato ad nosfros , quos sibi experiuntur
benetulos , nihilque lafuros certò sciunt , certarim
accurrunt , crimina omnia aperiunt , vite consilia
libenter accipiunt , summa devotione impetrata
exequuntur . Hæc vna commoditas missionum ,
quam in prouinciis superioribus cum veraremur ,
abundè sumus experti . tanti est apud me , vt si nul-
lus alijs missionū fructus expectaretur , sola suffi-
ceret . Ac quemadmodū in sacro Tridentino Con-
cilio propter fragilem muliebrem sexum sacerdotalium
pudori & metu Patres ita confundendum
putarunt , vt præter ordinarium voluerint aliquoties
extraordinarium illis confessarij dari : ita e-
quidem Indis etiam confundendum arbitror , quo-
rum est fides infirmior , & diores in se parochos
expectuntur . Itaque co missionum auxilio mirifice
eorum infirmitas recreatur . Quartam demum vi-
litatem ex ipsa diuini verbi tractatione numero-
que triplex est in missionibus . Vna , qua pueri &
rudiiores simpliciter , & memoriter catechulmo im-
buuntur , idq; statis diebus & horis , partim canen-
do partim recitando fructuof admodum fit . Al-
tera , qua docentur , & instruuntur familiariter
pro suo quisque captu tam in mysteriis fidei per-
cipiendis , quam in moribus honestè instituendis .

Cencil.
Trid. ses.
29.6.10.

Postrema

Postrema est ea, quæ ad exhortationem spectat, quia pro concione excitantur ad salutaria omnia, ac vi ipsa dicendi dicensque autoritate flectuntur. Hic misericordie & capiuntur, & cedunt, si concessionatem lingua bona peritum, & apposito dicentem nocti sunt. Quod cum rarum, in parochiis sit, vnuus ciuismodi Indice bene doctus, missonium excursione multis parochiis prodebet potest. Atque ad has quatuor exempli, Beneficentiae, Sacraenta ministrandi penitentiam praesertim, & verbi denique diuinæ disseminandi redigi ceteræ possunt utilitates, quæ ad Indos pertinent.

CAPUT XXIII

*Quod Parochi Missiones utiliter &
libenter accipient.*

1. Cor. 2. Et alia quoque his non inferior utilitas missonum, cum ad parochos ipsos beneficium derivatur. Paulus quidem dicebat, Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiae sua manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus, quod suo quoque modo vispare possunt, si qui sunt discursus Apostolici fecitatores. Nostrii certè experti sunt & per numero parochos ipsos vitæ considerinare colloquisque capros ad Christum aspirasse, neque parum ad virtutis officia commotis esse. Nihil enim vitæ exemplo potentius praesertim

setsum in morum quadam suavitate, tum ipsa familiaris colloccatio studia similia parit. Cumque se se adiunari à nostris sedulo nulla interim mercere expectata vident, atque onere ipso honore parum leuiari horum opera, beneficio allecti de se bene meritos amant. Nam verò cum ad conscientiam suam fructum hunc detinent, ad suos longè diffundunt exemplum instruēti, simulatione excitati, fructu provocati. Ad hæc omnia illud accedit, quod cum sepe binas ac ternæ aut eo plures parochiæ valde inter se etiam disiunctæ vnuis parochi curæ commissæ sint, atque adeo neque baptizare, neque confessiones audire, neque in doctrina instructe omnes suos commode potest, sicut ut maximam anni partem unes pastores proficiat, quia ex eis quot milia periclitent immo verò manefestè intereant, dici non potest. Possum ergo qui Missionibus vacant, bonam temporis partem in ea parochia consumere, à qua parochus abest, & omni boni pastoris officio perfungi, que res non solum est ipsiis Indis salutaris, Verum etiam Episcopis, parochis, patronisque gratissima, quibus omnibus ciuismodi supplementa magnam conscientię quietem afferunt. Quamobrem à multis iam agitatum est, ut collegia Societatis, aut residentie in frequentia maxima Indorum collocarentur, unde tanquam ex munita arte subsidiarij milites regionem omnem opportunè excurserent. Ad hæc, ut filios nobilium Indorum à pueritia instruidos educandoisque suscipiant, in qua vna re totius gentis salus vniuersa posita est. Neque ego sane diffido futurum breui, ut his omnibus modis

430 DE PROCVRANDA INDORVM
modis atque rationibus societas nostra salutis Iher-
dorum procurandæ, quod tantopere cupit, felici-
titer operam nauerit.

C A P V T . X X I V .

Quid cauere oporteat in Missionibus.

ACmissionum commoditates et ferè sunt,
quas exposui. Ut verò in omni præclaro nego-
tio cuenite solet, non caretis suis quoque non
leibus difficultatibus. Primum enim inuidia pa-
storum, & plebis contemptus corum praे nostris
diligentissime cauendus est ea vna ratione, ut omni-
ni, & verborum, & rerum significacione testetur
se nullo modo esse parochio superiores, sed hunc
verum legitimatumq; paftorem, se verò tam illius
adiutores, & adminiftros. Itaque omnem honoris
in illum significacione ne pretermittant, vt & ipse
intelligat nihil ab iis ambitione agi, & populus fa-
ctione nullo modo medetur, sed subditus sit per
omnia Parochio suo. Vix dici potest, quantopere
inter Indos obseruetur is, qui carceris imperat, &
præfet, vt flatim oculos in ipsū Apo, vt illi vocant,
animumq; conuertant. Qua ex re misi humilitatem
nostrī insinuant, & circumspicte parochorum au-
thoritatem tueantur, atque commendent, certum
est inuidia, & calomia omnia statim bona studia
corrumpi. Præterea & illud omnibus modis curā-
dum, ne odiosi parochi simus, dum vel nimiam
integritatem ostentamus, vel reformatorū ac cen-
foni partes importune afflumimus. Meminisse po-
tius illud oportet à Spiritu sancto dictum, Noli esse
iustus

Ecclesiast. 7.

S A L V T E . L I B E R . V .

iustus multum, neq; plus sapias quam necesse eft,
ne obftupescas, Itemquillud Apololi, Omnibus
omnia factus sum, ut omnes facerē saluos. Et illud
Dominii. Dicite , Pax huic domui , & ibi manete
comedentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. De-
nique vnuq; proximo fūo placeat in bono
ad adificationē. Etenim Christus non fibi placuit.
His aliisque diuina Scripturæ sententiis docemur,
ita religionis disciplinam conferuare, vt charitati
fratrum multum demus. Multa toleranda funt in
homine præfertim faculari, ſape etiam profano:
nonnulla interdum concedenda falaſa conciētia,
& ita agendum, vt confutandis fuauitate allicia-
tur potius, quam asperitate offensus refiliat flatim.
Itaque neque visitatores, neque censores, aut Mo-
mos aliquo vel Sycophantas exiftimare nos de-
bet, ſed fibi amicissimos, & humanissime affectos.
Nouimus ex prudenti diſimulatione non paucos
egregiē captos tandem Dei verbo manus dediſe:
quos ſi nimia ſeueritate offendetis, mille concio-
nibus reuocare non poteris. Verum ita humanita-
tis leges ſeuanda funt, ut neque religionis exifti-
matio laedatur, neque conscientia coram Deo pu-
ritas offulſetur. Nam & virū religiōnum & Apo-
ſtolicum munus obeuntē nihil , aut leuitatem,
aut fastum, aut laſciuiam redolēs decet. Quoniam
verò cum ad aperiendas conscientias ſitas in con-
fessione parochi accurrunt, imploranda impense
eſt diuina gratia, ut & officio non defrauo , &
fratris animam grauiſſime interdum fauiam à
morte reuoces. Ego ſanè in confessionibus au-
diidis nihil aequē formidare ſoleo, quid Sacerdo-
tum quotidie celeſtia sacramenta tractanti vix
medicine

1. Cor. 9.

Matth.

10.

Rom. 15.

432 DE PROCVRANDA INDOVRVM

medicina illa morbi curari possunt, cum semel
cœperint peruenire ad cor durum, atque illud
Gregorii plerunque, cum ciuifmodi mutatio contemplorum venit in mentem. Plerique eorum à Domi-
no impénitentis cordis caliginem proiiciuntur, & nulla hominis adhortatione relipiscuntur.
Ergo in primis illud tenendum est, ut placendi volunta, & humanus affectus nullo modo domine-
tur, ne puluillo sub omni cubito, & cervicalia sub omni capite statuamus, iuxta prophetiacam

Ezech. 13.**Denuo. L.****1. Tim. 5.****Sap. 8.****August.**
epif. 64.
ad Aene-
tium.

communiationem, quin potius veritas in omnibus dominetur, & præsit, propter quam si homines aliquando scandalizantur non magnopere curandum est. Dei enim iudicium est, ait scriptura. Itaque si is, qui parochus nominatur, concubinarius sit, si aleator, si fenerator, si simoniacus, si liti-
gator, si turpis lucri sectator, si officij sui negligens, si sermonis Indici imperitus, & contem-
ptor, veritatis falce resecanda sunt vita, ac nisi tibi ipso in Domino satisficeris pentendum, ne alienis peccatis ipse communices manus peni-
tentie cito imponens. Cæterum haec ipsa etiam lethalia, & vetusta vlera oleo simul fouteri possum, atque ita vino perfundi, ut pariter, & mordetantur, & ferantur. Attigit, inquit, à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter diuina Sapientia. Opus forte, modum suauem esse oportet. Multum interest, qua manu, qua dexteritate vulnus chirurgus infligat. Non imperiose non dureter, magis monendo, quam minando, magis iuando, quam iubendo, ut dicit Augustinus, ista tolluntur. Vidimus sepe Sacerdotum conscientias deploras, de quibus ego plane diffide-
ram

SALVTE. LIBER V.

433

Hier. 30.

ram eo quod ad cor durum peruenisse mihi vide-
rentur, & iuxta Hieremiam propter multitudi-
nom iniuriantis dura facta esse peccata, minife-
rii tamen nostris, vel potius diuinæ gratiae ita
cessisse, ita respuisse, ita ad cor rediisse, ut magni-
ficas Dei bonitati gratias ageremus, & spem non
vulgarem conciperemus, societatis nostræ homi-
nes, quorum sunt parochi penè omnes valde flu-
diosi, præclarissimos fructus in lucrificandi Domi-
no ciuifmodi hominibus allatuos. Hac in pa-
rochos obseruanda. Porro Indi, ipsi quoque cu-
ram quandam mediocritatis efflagitant. Ut enim
eos oderunt, qui nimis in exigendo sunt, ita etiam
à fe auctoribus putant, qui ab ipsis oblata repudiant.
Accipienda ergo sunt humanæ munuscula eorum,
& benignè vel eadem, vel plura si licet, pauperi-
bus communicanda. Quod si ipsorum opera inter-
dum opus sit, dum ea moderatione, qua decet,
utris, nihil offenduntur, imo vero si te alioquin
sibi benefolum experientur, amplius diligunt.
Illud quoque obseruantum autoritatem quandam
retinendam esse aduersus eos, paterna grauitati
coniunctam: neque tam summissio, quam li-
beralis cuiusdam imperij speciem preferendam.
Amant enim hoc modo, que istorum est natura,
tractay. Sed neque necellario nostrorum apparatu
offenduntur, neque paupertatem magnopere
admirantur, magisque præclariora nostros non
posse affere, quam non velle interpretantur.
Quamobrem que ad vita necessitatem aut etiam
commoditatem pertinent, prætermittenda non
sunt, nam & locorum, & rerum magna difficultas id
exigunt ad hac prouinciarum Indicatum

tanta


tanta aperitatem & inopia', & Indorum ingenia diuinus ita comparata sunt, vt ædificationis isto necessario vnu nihil amittant. Illud enim non extreto loco cogitandum est, & penitus prouidentum, ne dum Apostolicæ abdicationi quidam inherent, vita commoditybus delituantur, atque ita vel labore vieti, vel viribus destituti bene institutum cursum retincent. Nam qui aliquando

Luc. 10. suis dixerat, Nolite portare faccum neque peram, idem alio tempore iisdem dixit, sed nunc

Luc. 22. qui habet faccum tollet, similiter & peram. Quo in loco Bedam venerabilem audire licet,

Beda lib. 6. in Euang. Nobis quoque, inequit, datur exemplum, iusta nonnunquam causa instante quedam de nostri

Luc. 4. 22. propofiti rigore posse sine culpa intermitti, verbi gratia, cum per inhospitales porrò regiones iter agimus, plura viatici cauſa, quam domi habebamus, licere portare. Indicas sanè peregrinationes notasse videri potest. Arque hac ad difficultates Indicarum missionum considerandas hactenus dixisse sit fatis, illud postremo adiciendum puto. Indicas & commoditybus, & difficultates non ex aliarum nationum lege aut confuetudine, sed ex sua ipsarum ciffi mettiendas, & Dei zelo praenunte tum vero experientia duce, illud in omnibus intuendum, ut non queramus quod nobis vtile est, sed quod multis, vt salvi fiant.



DE PROCVRANDA

INDORVM SALVTE.

LIBER SEXTVS.

*Brenier ea de Sacramentis attinguntur,
que rudibus Indorum Populis ne-
cessaria visa sunt.*

CAPVT PRIMVM.

*Quatenus modo de Sacramentis
agendum fit.*



E diuinis Sacramentis administrandis, quod vnu ex iis, qua proposuimus, restat, si pro argumenti dignitate disserendum esset, magnum opus existeret, & quod in alterius parte numerati cum ipsum per se tantum sit, merito quodammodo indignaretur. At nos rem tantam nullo modo, aggredimur, qui de Sacramentis contra impuden-

E e tes